553 470

Polubienski Chrebtowicon Motio

470

Proposuit judic. et offic. plenipotens infrascriptor. Actorum pro iis
contra infranominatos citatus coram offo proni excitationi literali
tenoris eiusmodi. Joannes Franciscus a Obori Lesmionski Brac
et Capitaneus Nobis Magnifico et Generosis Francisco Joanni a Obori
Lesmionski Capitaneo Branscen. et Annae Sapiezanka coniugibus
Eustachio Kotowic Pincernae Magni Ducatus Lituaniae Barbarae
Sapiezanka coniugibus bonorum Dubno Kruchla violentis pos-
sessoribus de bonis suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus
Janussiensis Magnificos ac Generosos Alexandrum Hilarium Polu-
bienski Pallatinidem Parnavien. Succamerarium Slonimen. Adamum
Georgium Joannem Chreptowicz Pallatinides Novogrodien. contra
Vos gravem querelam deponisse de eo Quomodo Vos tempore
in protestatione expresso unita autoritate cum Subditis
inquietando eosdem Conquerentes de Curia Dubno de praedio
Kruchla villaque Kosna aliisque eo adiacentibus modo violento de pa-
cifica possessione expulistis ac subditis obedientiam interdixistis
frumenta diversi generis in campis sata et in horreis sitta una
cum omnibus rebus mobilibus pecoribus pecudibus in Curiis prae-
dictis existentibus circa violentam expulsionem recepistis Quapropter
Vigore Regio et nostra Capti quam hac in parte fungimur autoritate
mandamus ut in Termino Curreli de inscriptis Officiosissimi Tenio
secunda post datam praesentis citationis proxime in Curia Regia Branscensi
celebrandis vel his deficientibus tandem in aliis qui prius et proxime
celebrabuntur pro et peremptorie compareatis Ad instantiam supra-
scriptorum Actorum qui Vos uti mabitales cum maritorum vestrorum
ad tutorem coniugalium assistentia et autoritate citant Secundo
post obtentam poenam contumaciae ad videndum et audiendum atten-
tandumque praefatos actores in bona per vos expulsos reindui ac re-
intromitti Officium competens ad reinducendum eosdem Vadiumque
Capitale seu taxam Centum Millium marcarum poenam vallari et interim
damna refundi ac cetera in talibus fieri solita Statui et sen-
tentiari Non derogando quidquam causae Cassandae exemtionis
ad judicium Tribunaliciuum Regni Lublinen. intentatae sibi ad priora
et alia vobis in termino latius declaranda juribus tenore attento
non ex rasum Datum in Curia Regia Branscen. feria Quinta post
Dominicam Invocavit proxima Anno Domini Millmo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

4760

Et post propositionem suam modo quo supra factam idem plenipotens
Actorum petijt citatos ad prosecutionem causae decerni offi[cio] praedi[cto]
Slningi. Partis vero citatae plenipotens audita acclamatione
principalium suorum terminum forum actoris et actionem ac
citationem pro comparentibus non agnoscendo solummodo pro
informatione Offi[cij] praedicti allegavit principales suos non teneri
ad prosecutionem causae siquidem plenipotens actoreae partis
non docet de termino posito et expeditione citationis principalium earundem
petijt principales suos a termino praedicto et incompetenti tradi
liberari. Salvis juris remedijs et defensis ac beneficijs juris
hic et in omni judicio salvis principalibus suis praecavendo.
Et econtra plenipotens actoreae partis allegavit non teneri
docere de termino posito citationis siquidem ad propositionem ipsius
citati respondere tenentur petendo ipsos ad respondendum
compelli. Alijs probationibus salvis sibi reservatis.
Et Offi[cium] praedictum Castren[se] Capitan[eale] Bracen[se] contraversiam praemissam
praemissam actoreae per Nobilem Nicolaum Stefanowski citatae vero
per Nobilem Petrum Sobolewski juris factis examini et intellectui
praemissi plenipotentem partis actoreae citatis de termino posito
citationis praedicto docere censuit. A quo decreto idem plenipo-
tens actoreae partis ad judicia Tribunal[is] Regni Lublinen[sis] Pal-
latinatus Podlachiae districtus Bracen[sis] prox[ime] celebran[da] appellavit.
Cui appellationi Offi[cium] hoc idem juxta eius interpositionem a[d]sistentiam
licentiam admisit terminumque prosequendae et continuandae eius-
modi appellationis in illis judicijs Tribunalitijs Regni Lublinen[sis]
Pallatinatus Podlachiae districtus Bracen[sis] prox[ime] celebran-
dum et quando causa praedicta ex registro causarum eiusmodi ad ju-
dicandum inciderit parti utrique praesentem et peremptorium con-
servavit. Citatorum etiam plenipotens ab eodem decreto
ex quo se non reducentem terminum ab eodem termino iam dicto li-
beri pronunciat principales sui ad supradicta judicia Tri-
bunalis Regni Lublinen[sis] Pallatinatus et Districtus eiusdem
appellavit. Cui etiam appellationi Offi[cium] hoc idem admisit te-
rminum ut supra prosequendae et continuandae eiusdem
appellationis in supradictis judicijs Tribunal[is] Regni Lublinen[sis]
Pallatinatus et Districtus in eisdem utrisque partibus praesentem et
peremptorium conservat.